HOMILIARIUM
2. Hälfte 12. Jh. Seite 114r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25961
Copyright: Admont, Benediktinerstift



fiat sol · fiant astra celi · et facta sunt uniuersa · Iussio adduxit
substantiam parentele · sermo commotionem ostendit nature · Et sa
nata est inquit filia eius ex illa hora · Ex qua hora · Non ex qua uenit
mater eius domum · sed ex qua sermo domini processit · Et cum redisset domum
inuenit eam sane mentis · et uoluntate immo fide eius curatam · Pro his
autem omnibus gratias agamus deo per xpm dnm nrm · cum quo est deo patri
una cum spiritu sancto honor gloria et potestas per inmortalia secula seculorum · Amen ·

In illo tempore ·

Ascendens ihc ierosolimam assumpsit duodecim suos se
creto · et ait illis · Ecce ascendimus ierosolimam · et filius
hominis tradetur ut crucifigatur · Et re

Et ascendens ihc
ierosolimam · assumpsit duodecim discipulos suos · et
ait illis · Ecce ascendimus ierosolimam · et filius homi
nis tradetur ut crucifigatur · principibus seniorum et
scribis · et condempnabunt eum morte · et tradent
eum gentibus ad deludendum · et flagellandum · et crucifigendum ·
et die tertia resurget · Crebro hoc ipsum discipulis dixerat · sed quia mul
tis in medio disputatis poterat labi de memoria quod audierant ·
iturus ierosolimam · et secum ducturus apostolos ad temptationem
eos parat · ne cum uenerit persecutio et crucis ignominia scanda
libentur · Tunc accessit ad eum mater filiorum hebedei cum filiis suis ·
adorans et petens aliquid ab eo · Qui dixit ei · Quid uis · Ait illi ·
Dic ut sedeant hii duo filii mei · unus ad dexteram et unus ad sinistram
in regno tuo · Cetera re in alia omel · Dominica in xl ·

Electio sancti euangelii · secundum lucam · In illo tempore ·

Erat ihc eiciens demonium et illud
erat mutum · Et cum eiecisset demonium · locutus est mutus ·
et admirate sunt turbe · Et re · Omel uenerabilis bede
Demoniacus iste apud pbri · de eadem · l ·
matheum non solum mutus · sed etiam cecus fuisse narratur · cu